



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Litterae quoque eo de genere ad praefectas monialium in eandem  
sente[n]tiam scriptae sunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

persone del suo Monasterio, che si faccia oratione continua, se sarà possibile, per questi tre giorni, aggiungendo anco nella Messa in specie la colletta per il synodo.

Sarà anco contenta V. R. questa sera al segno che si darà in Duomo, far sonare solennemente vn segno lungo di campane doppie, & anco dimane alle dieci hore con tutti li frati del Monasterio ritrouarsi in Duomo per la processione solenne, che si farà per dar principio al synodo. E la pace del Signor sia con voi. Dall' Arcieuescouato li xj. d'Aprile. M. D. LXXXI.

Literæ quoque eo de genere ad præfectas monialium in eandem sententiã scriptæ sunt.

Translationis porrò sanctorũ, quos mox supra commemorauimus, celebritas solennis in singulis parochijs de more indicta fuit, ac denunciata his verbis.

Carolus S. R. E. Presbyter Card. tit. S. Prædixis, Archiep. S. Eccl. Mediolanensis.

**A**vxiante Dei misericordia die decimoquarto huius mensis Aprilis feria sexta, sanctorum martyrii, Marini, & Leonis, S. Arsatij Episcopi, & Confessoris, sacri cineres, & ossa in basilica S. Stephani Protomartyris intra la cellum S. Vincentij olim recondita, processione solenni, ritu celebri, frequentique vniuersi cleri, & urbani, & diocæsani conuentu synodali pie transferentur. Cuius translationis publicæ solennemque processione, & sanctam celebritatem vniuersis, & singulis sacerdotibus, clericisq; qui ad synodum hanc octaua conuenire debent, & omnibus præterea singulisq; regularium vrbis ordinibus, disciplinatorum, poenitentium, & aliorum pijs confratribus indicimus: ita vt constituta ea die, summo mane datis eo nomine campanarum signis, ornatiori sacra vestium apparatu, crucibus insignioribus, thuribus, acerris, candelis pretiosioribus, ad celebritatẽ hanc in eadem basilica S. Stephani collegiatim conueniant, eiusdemq; solennis pro-

cessionis munus piẽ, ritẽ, statisq; precibus, & luminibus obeant.

Clerus autem omnis secularis tam vrbanus quàm diocæsanus Missæ solennibus in eadem basilica religiose interfuit.

Hanc præterea solennitatem Magistratibus, Decurionibus, Doctorum, Procuratorum, Notariorumque collegijs, & vniuerso populo significamus.

Stata igitur die, hora constituta, pietatis omnium est, dum præsertim processio agitur, ab alia omni actione, negotiatione, ac opere abstinere, frequentes ad celebritatem conuenire.

Omnes verò quicumque sint, collegiatim, aut sigillatim, ordine tamen bini, vt processione ritus est, sancti parochialis patroni vexillo per parochias distincti, & mulieres etiam binæ deinceps eadem distinctione, sicq; omnes ad celebritatis huius contemplationem ex ecclesiæ instituto erecti, processione prosecuantur accensis luminibus, pia prece, religiosaq; veneratione vt quorum sacras reliquias debito cultu veneramur in terris, eorum meritis intercedentibus gloriam consequamur sempiternam in caelis.

Hanc verò translationis celebritatẽ, cras die Dominico Parochi singulis vrbibus in Missa parochiali de more, & ad præscriptum provincialis Concilij quatuor populis enuncient. Dat. Mediolani, ex aedibus nostris Archiepiscopalis, die octauo Aprilis. 1581.

In solenni autem processione translationis clerus vniuersus cantu solenni adhibuit hanc precatorem.

Hymni, Antiphonæ, & Psalmi in solenni processione translationis SS. Martyrum Marini, & Leonis, & S. Arsatij epif. & conf.

Hym. **A** Eterna Christi munera.  
Aña. Sub umbra Domini requiescant iusti, & sicut vitis florebit memoria eorum.

Aña. Gaudete sancti ante conspectum agni, paratum est vobis regnum ab origine mundi.

Deus